

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5390

**Auteur(s) :** Guillaume Cuiveriz [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1270, février

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Guillaume Cuiveriz vend au chapitre de Coutances pour sept livres tournois une rente de sept boisseaux de froment, mesure de Hauteville-Bocage, à la Saint-Michel, trois deniers tournois et deux poules à Noël. Cette rente est due sur des terres de Hauteville-Bocage par Raoul Goubert, Raoul Goupil et Guillaume l'Anglais.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 155, p. 287-288.

## Dissertation critique

v. st.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego, Guillelmus dictus Cuiveriz, vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi canonicis ecclesie Beate Marie Constantiensis septem bussellos frumenti ad mensuram de Hauthevilla annui redditus ad festum sancti Michaelis in Monte Gargano et tres denarios tur. pro panibus et duas gallinas ad Natale Domini ; quem redditum michi debebant et reddebant annuatim scilicet Robertus dictus Sanson, tres bussellos frumenti ad mensuram predicte ville et unum denarium et unam gallinam ad dictum festum de quadam pecia terre quam ipse feodaliter de me tenebat, sita in predicta parrochia apud Les Cultes Ronches, juxta terram dicti Roberti ex una parte et ex altera parte juxta terram Andree Valan et butat super terram heredum Radulphi Goubert ; et Radulphus dictus Goupil, duos bussellos et dimidium bussellum frumenti ad predictam mensuram et duos denarios et unam gallinam ad dictum festum de quadam pecia terre quam ipse feodaliter de me tenebat, sita in dicta parrochia apud Le Braz de Fadeval, juxta terram Thome Trevieres ex una parte et ex altera parte juxta terram Andree Cornart et butat super terram Rogeri dicti Farsi ; et Guillelmus dictus Anglicus, unum bussellum et dimidium frumenti ad predictam mensuram de quadam pecia terre quam ipse feodaliter de me tenebat, sita in dicta parrochia apud montem de Gaquires juxta terram Thome Trevieres et butat super terram Radulphi dicti Bahuel ; percipiendum, habendum et reddendum in perpetuum decetero annuatim libere, pacifice et quiete canonicis predicte ecclesie per manus predictorum hominum et heredum ipsorum quos ad hoc eisdem canonicis attornavi cum homagiis ditorum hominum et heredum ipsorum et cum omni alio jure quod ego vel heredes mei habere poteramus in predictis peciis terre, salvo jure domini capitalis. Juravi supra sacrosancta evangelia omnia antedicta fideliter observanda, tenemur eciam ego et heredes mei dictis canonicis in perpetuum hec predicta omnino garantizare contra omnes homines bona fide, vel alibi in proprio hereditagio nostro valore ad valorem sibi teneremur

excambiare, si forte ganratizare non possemus. Pro qua venditione predicta dicti canonici michi dederunt septem libras tur. et persolverunt. In cuius rei testimonium et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno M° CC° sexagesimo X°, mense februarii.